

"Kajdan Fry Ladajat..."

9 merslan level

gelsat: M. fase. I de 2.

Lepineutyoryy. Gastmancy

ellinun

X.

Im Cathar. de Bore.

*Uam sedet inferni Vestalis nupta profundo,
Luce de sublimi culmine virgo cadit!*

LORÁNTFI SUSANNA

Fejedelem - aszrony, Erdélyben Könyvet bortsát a
Pápisták ellen.

Hajdan Frigy ladáját BORJAS TEHÉN vitte,
Míg, ígivet földén megtelepítette,
Terra alatt bögre tsendesen léptette,
A mely úton Isten Annyala vezette.

Már az Hit szekérét egy Kantza LÓRÁN
A Konty alatt nagy haj, s rövid elme haj } tya
Visszi, de nem tudgya: gyepőt aszrony tar }
Szegyétek! lötseit, szegit, purrá rontya.

DECAS XVIII.

Ex blasphemio poenitentis,
Captivo liberi.

Dan. Granan Cineribus.

Antistes Daniel, cacatis, antè Lutheri

Schismatibus, moribus hinc jacet, an magè STAT?

Stat, petra quem statuit! nec enim potis ille Jacere est,

Qui bene surgendi cinibus author obit.

II.

In Ejusdem Exequias Pisony, 1740. in Ca.

At tibi damnanti Martini Teutonici haras,
 Aurea Pannonius templa recludit Eques.
 Exequiasq; colit clarissima pompa Senatus,
 Innumera noctem diminuere faces.
 Si non audissem: Requiem! splendore putassem,
 Quam modo victus eras, victor ab arce redis.

III.

Ad calcem Hist. annua C. F. S. J. Anni 1734. in quem Strophe
 illa Marcus Pascha dabit &

Qui cinerem, totiq; rogos edixerat urbi,
 Num minimam nostro de grege stravit ovem?
 Stratus. at ipse jacet cunctos qui percussit Annus,
 Cujus ego tumulis funebre reddo decus:
 Qui Les venisti, mutatus es Annus in agnum;
 Quis cecidit nostra gratior aure tropus?

IV.

In P. Nicolai Boka, dicti Scholasticorum AVG, obitum Tyrn.
 7. Maji, 1735.

Una sed
 *Hydropisis ~~adans~~
~~Exari~~ ~~re~~ ~~via~~
 neptis inrepta
 fuit.

Vixit Avus! Plora charum ^{terba} ~~terce~~ nepotum!
 *Unica Mors illi barbara neptis erat.

V.

Ad Marcum, In illud Itali: Carniolos domui: sed me &
 Neper ut arserunt coelestibus intima flammis:
 Ecce cor (ajebam) victima! Culter ubi es?
 Talia finieram: fit rumor, adesse Carynthum!
 Hac vice poenituit, Marce, fuisse pium.

VI.

In Ingratum.

In te casta manus lapidem vibrare timebat;
 Pectus in immemorem disapidasse, dolet.

VII.

In cives gurgites.

Lv. Satis opportuna fames hinc advenit urbi,
Intra quam venter coeperat esse DEUS.

VIII.

Ambitionis morbus.

Uno saepe die ter mutas Dandale torquem:
Cur alibi stultis una catena sat est?

IX.

Decor domus Dei.

Aurea sicut adhuc ararum pallia monstrant,
Pastoris cello lactea balat oris;
Quid nusquam memini, vestram Plebane per aram
In Domini sacro vertice psallit avis.

passer ovat.

X.

XII in coelum ascensio.

Ergo redit victor, coelumque volubile scandit,
Cui modo per medium lancea pectus iit.
Perforata video radiare firamina plantae,
Tot soles, quot ibi vulnera cerno, micant.
Abiecta parmâ, quis non in vulnera currat?
En laeus! Ô Japonum lancea! segnis ubi es?

DECTO XIX.

I.

S. Ignatius Opifer.

Ut novus erumpat felices partus in auras,
Prima parens, Divi munere, sentit opem.
Thesaurus puer est, Lojola creditus ulnis;
Ergo prior ~~glebis~~ aurifodina surs.

VII.

In cives gurgites.

satis opportuna fames hinc advenit urbi,
 Intra quam venter coeperat esse DEUS.

VIII.

Ambitionis morbus.

Uno saepe die ter mutas Dandale torquem:
 Cur alibi stultis una catena sat est?

IX.

Decor domus Dei.

Aurea sicut adhuc ararum pallia monstrant,
 Pastoris collo lactea balat oris;
 Quid nusquam memini, vestram Plebane per aram
 In Domini sacro vertice psallit avis.

passer ovat.

X.

XII in coelum ascensio.

Ergo redit victor, coelumque volubile scandit,
 Cui modo per medium lancea pectus iit.
 Perfosa video radiare furamina plantae,
 Tot soles, quot ibi vulnera cerno, micant.
 Abiecta parmâ, quis non in vulnera currat?
 En latus! O Japonum lancea! segnis ubi es?

DECTO XIX.

I.

S. Ignatius Opifer.

Ut novus erumpat felices partus in auras,
 Prima parens, Divi munere, sentit opem.
 Thesaurus puer est, Lojole creditus ulnis;
 Ergo prior glaebis ~~est~~ aurifodina suis.

II.

Deus amandus.

In desiderijs Hugo si vera canebat:

Solus amans, VIXI, dicere Jure potest;
Omne converso, solus censebitur amens,
Litem treDET vitæ lumen amare Jux.

III.

Venetum Præsidium, Palma-novâ dictum.

Sacula quas nobis PALMAS antiqua dedere,
Naturam pietas non sinit esse Senes.

IV.

Proditor occultus.

Mœnia quæ nequijt tormentis subdere victor,
Frena patent, numi væctor aselle, tibi.

V.

Equa alba.

Vendit olorinâ Ivatoplugus regna caballâ:
Pulchrius Argivo Troja perivit Eqvô.

VI.

In Poëtarum.

Tu decus Isacidum Virgo! tu gloria Jersem!
Mus, qui sic vocit, Ponticus ille fuit.

VII.

Ad dona ferentem.

Ansenis ora puer fers dona, simillimus illis:
Quis tam niveo viscere fudit olor?

VIII.

In auspiciis primi Lapidis Templi M.V. Soc. JESV, Dominica
III. Aug. A. 1728. Coniunctione habita in hoc Thema: -

Super lapidem unum septem oculi.

Zach. 3. 9.

Joe-

IX.

Cum Ecclesiarum Ministris dissidia Ill. Familia, 1738.

Moris, erat quondam tabulis inscribere pictis
Fecit! ubi dederat nobile Pictor opus.

Si radijs ausint solaribus hiscere Templa
Saucia vulnibus; scribite, FECIT APOD!

Erro! nec est labes illi tribuenda columna;
Has decimas Clero solvere sverit aper. (b)

(b) Aper de sylvia
Psal. 79.

X.

Aula Prætorum Siculorum Transylv. Udvar-hegy. Ad Excell. Aula
Cancellarium,
ex Regio nuper
Judice.

Post ATILÆ cineres, annos sto mille ducentos
Parva ~~regis~~ fociis, Scythico clara sed aula sago.

Castide pacata, seu temporis ordine sumpta,
Prima coronarum semina pila (c) tuli.

(c) Primpilat
L'

Fecit iter nostris, ut Dacia tumesceret, hastis,
Icta dabat Sicula cuspide Luna fugam. *
Nam tu, lux Dacia, GYULÆ Ducis ultima proles,
Ex tumulo, palma crescere more jubes.

*
Sal

Pallade, justitiâ, tectisque perennibus augens,
AULO-polin cupido condis amore novam.
Inde gradu verso, centum regnata Monarchis
Moenia scandenti, se rovet Aula Minor.

MISCELLANEA.

DECAS XV.

I.

JESULUS in gremio matris.

Virginis ulna quid est? Thalamus natus; utrinque

u-

Ubera sunt concha, regia gemma Puer.
Zelus Apellis ubi es? spectacula redde colore!
Tangere qui tentet, non datur orbe labor.

II.

Antonij Lazar VITAM cur ligatã scripsimus?

Quum mihi dura tui venerunt numia fati,
Concidit attonita territa penna manu.

Si manus obiquit vestri studiosa nitoris,
Flabile, quid mirum, si pede serpit opus?

III.

Petrum
Ad Paulum Bornemissa L. B. de Kaszon, Convictorem, 1740.

Dacigenum claris soboles genitoribus orta,
In lumen patrice floris adolesces tua!

Esse ovis optabas, si sim tibi pastor Apollo;
Esse apis optabo, si mihi Paule, rosa es.

Sic te Petrus amet, Templumq; recludat Honoris:
Te Delphine vehat Paulus, & ense tegat.

Una magnamq; patrem, et fratres divisa beatos
Efficiunt, uno premia corde Sinu.

IV.

In Nob. Familiam, Fiat.

Salve prisca domus, stellis, pelagoq; coarva!
Orbem ubicunq; lego, FIAT ubiq; lego.

V.

Ad Sp. D. Sigismundum Csato, Cancellariae Austro-Transylvanicae
a Consilijs.

Sigismundus. Anagr: Signum Sidus.

Li

A. 1719.

Si nova bissero deducam sidere dona,
Continuo nobis alter Olympus eris.
Sero premam dotes, postquam provergit in auras
Te, confessus opus Jupiter esse suum.

Anagr: II. Dignus Musis.

Nominis auspiciis corvus delusit hiantes,
Sed favet ingenio Casare nata tuo.
Iva dedit ob calamum Musis, et Apolline dignum.
Musarum domina tam prope stare latus.

V I.

Ad D. Ladisl. Török, Salisfod. Regie Parajd. Pref.

Regna salem, princeps aurum, fodit advena panem,
Tu decus: ex salso tot bona monte ruunt?

V II.

Equitis Barabás, ad Cajum.

Barbara quem genuit, non fiet barbarus inde,
Stirpe Barabasia, fio nec inde latro.

Praeter ibi major dimisit latro minorem:
Si tibi sum, Caji, latro, Pilatus eris.

V III.

In Tar, reobile fratrum par.

Quam sit apud fratres concordia rara, docetis
Iam pueris noto, gens Tariana, joco.

Itis divisim? tollit divisio pacem;
Sive pares? juncto Tar-Tar-us itis eqvō.

V I X.

Ad Anhaltum valetudinarium.

Hun-

Hungarici coeli peramoena, salubris & aura,
Visus cosmographis alter olympus erat.
Nō tibi terrificum metetur Anhalte sepulcrum,
Submontana serobem[?] forsitan haurā fodit?

* quis scit, an

X.

In Kövesdiensem R.D. Pleb. ex sorore nepotem.
Andrea Thuri Myrrham cumuletis, & Aurum:
Regius ex omni parte camelus erit.

Heroides,

laude, vel contra, vituperio digna.

DECAS XVI.

I.

Autocratrix Russica, Alexiovia:
Ab Sultano remissa ad colu, & fusum.

Ergo colu sumpta, fulgente Monarchis in auro
Sedit, et ē barba stamina ducit ovans.
ersarum cydari stabat frons alta Tyranni,
In dominas barbā rite cadente manus.
novā Penelope! cūi dat Victoria telam
Nere, Eurysthemium quam fleat Imperium!

II.

Comes Drusiana à Bethlen^(a)

Crinibus imponens diadema Bethlenia: quae
Cum Marti Veneris filia nubit, habet;
Progreditur, totūq; bibit coma gemmas, solem:
Ante obitum, radios^(b) quis tibi Papa vetet?

urb.

Dardanidas oculō Ioenus dux terruit unō:
Dic mihi, tot radijs quō parat ire LAPIS?

IX.

Cardinalatus insinuatō.

Cerasa Tarpejo transmittō virentia Patri:
Ut rubeant, de te purpura sole venit.

X.

In Opusc. de conserv. valetud. R. P. Leon. Lessy S. J.

Doctor Belga dabat fecundis sacula vitis;
O utinam nostris vitibus illa canat!

DECAS XX.

I.

Fontemq; corona!

STELLA maris! Quae te nuper duce lintea solvit,
Ad portum timida dirige puppis iter;
Votaq; fortunae, per & exorabile nomen,
Perq; salutiferum Virgo rogata sinum!
Sic tibi cum Sobole imperiumq; decusq; perenne
Si faveas, Scythico pectine Musa rovet.

II.

Zacchaeus.

Sons mammona fugam Christo subeunte capessit;
Quot loculis oculus duplicat iste metum?
Christiadum templis Idola vūere; quid inde?
Si tegit ^{auratos} occultos aerea cista Ioves.

III.

Pecunia.

Numus, amor Regum, tereti cur editur orbe?

His

His vehitur mundi fulgida pompa rotis.

I V.

Ad B. V. Auxilium Christianorum:
Post Servia clades.

Tertia solliciti nudarunt arva coloni,
Tertia purpureis aestuat uva cadis;
Pace quod abrupta, Getici memor ira Tyranni
Vindice ruptores foederis ense petit.
Gratia, VIRGO, tibi! quod adhuc titubantia fulera
Pannonia, non hoc turbine quassa ruunt.
Dacia stat, stat Buda pavens, et quidquid adhuc stat,
Hoc pede stat: Frangant Dii tibi Turca pedem!

* Crura, Getes

V.

Ad Divum Joannem Bapt.
M. V. Soc. IERV, recentis Templi Tutelarem.

AGNUS, quem digito vatum jubar indice signas,
Consecret auspicijs Tempia dicata tuis;
Ac, signando horum mors, et ferus hostis inibunt,
Hostia pro populi magna salute cadat.
Et tu, prole virum quam non sacratiores ulla,
Angele, jam sicula non novus hospes agros:
Quod tibi sacramus cultu licet impare tectum,
Et fontes, ac tot, quas lupus urget, oves:
Agnifer e caelis vultu dignare favente,
Exere praesidij vimque, metumque tui!
Non hic pompa ducum est, divina monilia tentet
Quae terere audaci ridiculosa pede;
Non cubat incestis hic Regis adultera lectis,
Quae tibi foeminea jam metat arte caput:
Sed populi, coelum qui te duce scandere, et Agnum
Rite petant digiti cernere luce tui.
Si spinas, si saxa times, O nobile granum!

Mi-

His vehitur mundi fulgida pompa rotis.

IV.

Ad B.V. Auxilium Christianorum:
Post Servia clades.

Tertia solliciti nudarunt arva coloni,
Tertia purpureis aestuat uva cadis;
Pace quod abrupta, Getici memor ira Tyranni
Vindice ruptores foederis ense petit.
Gratia, VIRGO, tibi! quod adhuc titubantia fulera
Pannoniae, non hoc turbine quassa ruunt.
Dacia stat, stat Buda pavens, et quidquid adhuc stat,
Hoc pede stat; Frangant Dii tibi Turca pedem!

V.

Ad Divum Joannem Bapt.
M.V. Soc. IERV, recentis Templi Tutelarem.

AGNUS, quem digito vatum jubar indice signas,
Consecret auspicijs Tempia dicata tuis;
Ac, signando locum mors, et ferus hostis inibunt,
Hostia pro populi magna salute cadat.
Et tu, prole virum quam non sacratio ulla,
Angele, jam sicula non novus hospes agra:
Quod tibi sacramus cultu licet impare tectum,
Et fontes, ac tot, quas lupus urget, oves:
Agnifer e caelis vultu dignare favente,
Exere praesidij vimque, metumque tui!
Non hic pompa ducum est, divina monilia tentet
Quae terere ardui ridiculosa pede;
Non cubat incestis hic Regis adultera lectis,
Quae tibi foeminea jam metat arte caput:
Sed populi, coelum qui te duce scandere, et Agnum
Rite petant digiti cernere luce tui.
Si spinas, si saxa times, O nobile granum!

* Cruva, Cetes

Mi-

Mons, pons, fons oculis formosa palatia pingunt:
O quot in hoc oculi vulnera monte latent!
Tertia Cecropias muri pars ducit Athenas:
Agmina palladij luce superba sui.
Si desiderijs urbs militat omnibus una,
Luis PRAGAM Mundi culmen habere neget?

In Praga, mundum
stare, quis ergo neget?

V.

Sylvester II. dictus antea Gerbertus, Fel. mem. PP.
de quo illud hexametron: Scandit ab R. Gerbertus ad R.
post Papa viget R. puta: ex Remensi Archi-Ep̄o, fit Raven-
nas, ex hoc Romanus Pontif. Hungarorum genti Sydus be-
nignissimum, cui Sacram Transmisit CORONAM A.C.M.

Littera Sylvestro tres contulit una coronas
Saecula Christiadam claudere dena dedit;
Pannonica REGEM dicit, diadem te cingit,
Angelico titulum junxit APOSTOLICUM.
Qui tam clara negant, Filij documenta: canina
Littera juratos ~~tu~~ ista lupos!

VI.

Ad Jobulum.

Jobule vis; quare Doctores purpura vestit?
Talis lana, DEI sanguine parta, rubet.
Pescis: AQUINATIS quare SOL pectore fulget?
Eclipses Luna nescit iste Pater.
Ludaris item: Quare pra Petro, Junior ille
Ad Domini jaceat colla? Didellus erat.

VII.

Institutio puerorum.

Contigit ut nulli parvum te velle videre,
Fontibus in primis quid, nisi rivus eras?

Luis

Lrid minus est stillis? ha marmora dura cavabunt,
Et froenum Lybico ponit arena mari.
Dardana cum geminos uno dabit, Iliam partu,
In ducibus primis quae fuit Alba? vide.
Ex illo Regum series fluit aurea nido,
Liquet globum mundi sub pede Caesar habet.
De minimis O quem texit concordia fasces!
Cumus agit grandes saepe recusos opes.
O qui sub teneris altissima prospicis annis,
IGNATI, minimis maximus Ipse fave!

VIII.

In Tyrocinium JURIS Patrij, P. Joan. Szegedi S.J.
Anno 1734.

Hunniadum Florus, Danae nucis amulus, idem
Clausisti modicis omnia JURA tomis.
Jam datur annales, operosa volumina, Leges
Sive libet manica condere, sive sine:
Vobiscum per iter fundent oracula Reges,
Budaiq. sub quavis arbore jura dabit.
Lris te non Hunnum jurabit origine? pictis
Ausus es Euxino pellibus ire mari.

IX.

Urbis et Universit. Conditores Tyrn.

Quam COECUS posuit, dat lumen EPISCOPUS urbi:
Quantum Lector, et hic profuit umbra PETRI!

X.

Ad Blascum, in illud Philosophi: Omne magnum ingenium
Blasce, mare es, gemmas, fundeq. corallia condis,
Sunt etiam, qui te gignere monstra ferant.

Hanc

Hanc habet ingenij levitas magnetica labem,
Qua sibi splendoris uniat, & tenebras.

Homo homini
DEUS,
Homo homini
Lupus.

DECAS XIV.

I.

Celebratissimorum Regum initiales litera,
Davidis, Ezechiae, Josiae.

Tulliacis signando notis opus edere sensa,
Hanc triadem magni colligo voce D.E.I.
Si Lupus est fratri violat qui foedera frater,
REX erit in populo justus, imago DEI.

II.

Palatinatus R.H. retinendus.

Si SOLEM tuleris, numerabis sydera mille,
Non facient unum sydera mille diem.
Lisamiis Ophyrio dabit auro gemma niterem,
Tolle cor e medio, prodita vita fugit.
Ut domus alta ruat, capitalem impelle columnam:
Tolle Palatini jura, CORONA quid est? cadet.

III.

Classis Philippi Hisp. Cath. Regis II.

Si classis ista nans momordisset tuum
Britanniae litus: Anglicana jam diu
ECCLESIAE jaceret IN TERRIS CAPUT.

IV.
Vienna liberata A. 1683.

Dosphorij labarum furiam stimulante Tyranni,
Luna venit: fugias Austria! Luna venit.
Mox ubi monte ruet felice Polona juventus,
Luna fugit: redeas Austria! Luna fugit.

V.
Concordia.

Qui docuit pugnam consertis edere scutis,
* Sub pedibus mundum primus orando dabat.
Hoc erat in votis, Oriens divisus in unum
ut coeat corpus? Jungite Scuta! coit.

* Ille coronatis
primus oravit
equis.

VI.
Epulum A. 1734.

(a) 2. Reg. 13. Dum tondentur (a) oves, agitant convivium Reges.
Vot populi lacrymas lyncea Coena bibet?

VII.
Rapinae.

Agricolam spoliabat equo Dortona Tribunus:
Dives ut infernum pluribus intret equis.

VIII.

JOSEPHUS Archidux natus 13. Mart. 1741.

Hic jacet in cunis, qui luctus exuget Hunnis!
LOTHARIDES plaustris Budam migrabit ab Austris,
In solio Martem, Corvini junget & artem;
Musarum pulli, surgent hoc patre Catulli,
Regnicola pura librabunt lampade jura.
THERESIA Diva cupida pacalis oliva
Pax aeterna throno! Sic Regni vota coronos.

III.

Kerdiensis virago Nobilis; A. 1742. frameam in caput
patris sui forte vibratam, dum manus (quam cruentam retu-
lit) objectu avertit, genitorum suo salutis fuit.

Quem timeat posthac constantia patria casum,
Cui viget in propria Scipio nata domo?

IV.

D. M. S.

Sepulchralis epigraphe.

JUTTA puellarum pulcherrima Pannoniarum
Hic sita, non isto nubere digna loco.

Quando vir in thalamum patris tibi quaeritur orbe,
In tumulum morbus latro repente tulit.

Nec totam rapuit: nam spiritus aurea victor
Templa petit, cinerem candida saxa tegunt,
Nomen odoriferum sibi vindicat aura. Jacere
Uno non potuit tanta ruina loco.

V.

Deliciae.

Publica stant postquam peregrinis fana choraeis,
Non habet in nobis jam bona fama locum.

VI.

Donna.

Europe tauro vehitur: gemo temporis huius
Europas aurō crimen in omne rapi.

VII.

Erravi, sicut ovis, quae perijt. Psal. 118.

His
Lud

Prima verecundis Erravit amoribus agna,
Sicut ovis perijt Lælia cūm peperit.

VIII.

Nilhil opertum.

Quam citō juratus mutatur amator in hostem,
Et violat causā saepe latente fidem?

Pœna sui culpa est: per aperta canora tubarum
Crimina cantari (fallor?) operta solent.

IX.

Gallina allegorica.

Hic pompa cubo Pario sub fornice Regis,
At, si non pario, pompa caduca Vale!

X.

Ad Varronem.

Vis foecunda tibi conclavia, Varro, negabit?
Prima dedit puerum luna: quid annus aget?

Religionem vertisse, pace, salute excidisse est.

DECA XVII.

I.

In alterum Lutheri Saeculum.

Fortē retexebat Sempronia carmine Sirusa.

Alterā votifragi Sacula Aruda senis.

Cūm fera SOPRON-BAN-BAN-BAN! crispantiq; auris

Pompa repercussos didit in astra sonas.

Uti cives ardere forum clamore putarant,

Errarunt! Rogus hic urbis & orbis erat.

II.
Prædicantes.

Prædantūm Cathedras, solūmq; (ignoscite verō,

Orsus quō properum fortē poēma fui)

Crimen erat, Pāndi castas infringere leges,

Arctatur modico limite vatis opus.

Mollius, ut fatear, volui dixisse, Præcantūm:

Si mihi lege prior syllaba longa foret.

Si brevis est in tot sectis mensura Præcantūm,

Prædantūm quā sint agmina longa, vide!

III.

Hugonoti in Francia.

Potq; signa CRUCIS Calvini turre ruerunt,

Jam miseros unus sub pede GALLUS habet.

IV.

Ergo, et Berdo: ~~Mauchaeste~~

Parœmia
Transylv.

Destruxerunt regnum hæc duo (ut ajunt)

Teutonicum Berdo, Romane Palladis Ergo,

Fixerunt Quinto vulnus Evangelij.

Scilicet istud erat vanum sine pondere regnum,

Hei misero! finem cūi duo v. d. dabant.

V.

Petrus, sine Paulo non aperit. S. Ambr.

Ante cubant binæ Salomonica Tempia columnæ:

Ista, notat PAULI fulgur, et illa PETRI.

Unius imperium divisa potentia fundat,

Quos docet iste stylo, suscipit ille polo.

His

Lris

Doctor ad examen Calvinum PAULLE citabis;
Quid faciet, claves qui tibi, PAPA, negat?

VI.

Unum ovile.

Ut salvet nunquam salvandas ~~Hereticos~~ Anglia sectas,
In coelis unum dicit ovile fore.

Quid tibi cum coelo capitalis adultera pacis?
Quam PETRUS ignorat, glutit avernus ovem.

VII.

Interpretes S. Scripturae.

Sacra tonat Praetor maculis oracula barbis,
Ante focum pistor, potaque garrit anus.

Et nasci possit concursus Ecclesia? pugnant
Si centum bibulis Biblia nostra sonis?

VIII.

Claudiopolis Daciae.

Non meminisse, nomen tribuit quis Claudius urbi?
CORVINI cunis gratulor ingenuam.

Omen quam cuperem tanto de nomine ferres!
Unum COR, totas exuperaret opes.

IX.

Ad C. Banffi Dionysium.

Ex qua Roma domo Divos transcripsit Olympo,
Patria fulmineos vexit in alta duces;

Heroum plus sex cum sanguine saecula durant:
Duret O! qua potior sanguine prisca Fides!

Helvetici ~~fides~~ dudum suspecta juvenis,
Ex bene premissis non dabit Ergo malum.

FINIS